PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 211r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et oracula ¶ Nam ira heroi est ut ea confide possint non affi
ce autem in iuriis sed affici ire effectiuum est ¶ Porro deus in
iuria uexatis opitulari creditur ¶ Ad hec cum preuenientes uel nil
se passuros uel perfecturos arbitrantur ¶ Unde de terribilibus
et de iis quibus confidunt dictum est ;

Capitulum Sextum De verecundia et inuerecundia etc

Que autem uerecundentur et que non et quos et quo
modo se habentes hinc planum erit ¶ Sit igitur
uerecundia dolor quidam atque perturbatio ex mal
aut presentibus aut preteritis aut futuris que infamiam
inferant Inuerecundia uero contemptus quidam eorum
atque impossibilitas ¶ Si ergo id uerecundia est necesse est in
hiis malis erubescere que uel ipsi uel iis qui sibi cure
sunt dedecori esse uidentur qualia sunt que a uitio pro
ficiscuntur ut statum amittere aut fugere quoniam e metu
negare depositum quam ex iniusticia commisceri quibus non
oportet uel ubi non oportet uel quando non oportet quam ex
libidine ¶ Preterea lucra ex paruis assequi aut a turpibus
aut ab impotentibus ueluti a pauperibus uel defunctis ¶ Unde
prouerbium quoque illud est uel mortuo auferet quam ab auari
cia et illiberalitate ¶ Ad hec non opitulari pecunia cum
possis aut minus quam possis et iuuari ab iis quibus minor facu
ltas est ¶ et mutuo accipere cum petere uidearis ¶ et petere
cum exigere et exigere cum petere et laudare ut petas
nec minus hiis petere et non consequi ¶ Hec enim omnia illi
beralitatis iudicia sunt ¶ Presentem autem laudare adulationis
Item si bona minus laudes et praua delimas ¶ Ad hec si ue
hementius dolenti condoles cetera que huiusmodi cuncta enim adula
tionis sunt signa ¶ Ad hec si labores non feras quos aut
seniores aut qui in deliciis uiuunt aut qui maiora sunt in
potestate ac uniuersaliter in bellicosiores omnia enim moli
ciei hec signa ¶ Preterea ab alio beneficia sustipere et se
pius que tu beneficeris exprobrare ¶ Hec enim omnia pusilla